

Chondrilla Plum. Ic ed. Burm. t. 86. f. 1. est *Pectis punctata* Jacq. Amer. 216. t. 128. seu *Pectidium punctatum* Less. Cfr. Ep. 3. p. 8. Ep. 6. p. 16.

Epistola 3. Epistolae primas lineas habes apud *Raimann Rede zur Gedächtnisfeyer* p. 26.

p. 7. De Comajandura Vid. supr. ad Ep. 1. p. 2.

p. 8. *Jacquiniae* genus proposuit Linneus in App. ad Flor. Jamaic. Dissert. 13. Dec. 1759. (Am. Acad. V. 388.) edita.

Schistometum (Cfr. Ep. 6. p. 19.) est *Sechium edule* Sw. *Sicyos edulis* Jacq. Am. 258. t. 163.

p. 9. *Elaphroxylis* vocabulo *Elaphrii* nomen Jacquinus substituit.

p. 9. *Swietenia*. Solet inter nostrates circumferri narratiuncula, Linneum cum de consecrando inter plantas Swietenii nomine orta esset quaestio, Mahagoni arborem prae reliquis selegisse, illo consilio, ut Maecenatis vanitati et piae Jacquinii gratitudini fucum faceret, nomen autem plantae, quam ipse Cedrelae nimis affinem judicaverat, a posteris aboleretur. Haec qua veri specie ab invidis sint excogitata et a stultis credantur, ex istis, quas edimus epistolis (Cfr. Ep. 5. p. 15. Ep. 11. 35.) satis apparet.

p. 11. Linnaci epistolam ad Swietenium, quam jam integram protulit Magnif. *Raimann Rede zur Gedächtnisf.* p. 26. hoc loco repetere operae pretium putavimus.

Epistola 4. Etiam hujus Epistolae exordium exstat in *Raimann Rede zur Gedächtnisf.* p. 26.

p. 12. *Myrstiphyllum*, seu ut scribendum fuisset *Myrtiphyllum* P. Browne, Psychotriae species esse videtur.

p. 13. Nov. Gen. Cal. et Cor. 5. petala difform. *Hybanthus* Jacq.

p. 14. *Moehringii opusculum de avibus*. Paul. Henr. Ger. Möhringii, Avium genera. Auricae 1752. 8. — Geslachten der Vögel, uit het latyn vertaald, en met Aantekeningen vermeerderd door C. Nozeman, met eene Voorreden en Aantekeningen dor A. Vosmaer. Amsteldam, 1758. 8.

Epistola 5.

p. 15. Cfr. Epistolas Linneci ad Burmannos edit. van Hall p. 45 et 46.

Epistola 6.

p. 17. *Ouragoga* est *Myginda Uragoga* Jacq.

p. 20. Fructum adpictum esse *Cyrocarsi asiatici* quivis videt.